rarum et privata domus, et publica arena, semper vidit gloriosum. Secundo. Dum membra membris aut commata commatis opponuntur. Si Thesaurus privatus Imperatori similis, privato Imperator fuit doluit Patria cum Principem fecit, gavisa cum habuit, timebat carnificem, medicum experta &c: Adverte inter omnes locos hunc esse facillimum, obvium, elegantem et argutiarum, seu auminum plenum optime autem formantur contra posita. Primo. Si ponas oppositum et neges ejus Cor Relativu vg Adam fuit dives sine auro. Secundo. Si duo opposita rei convenire ostendas vg Lasarus dives erat et pauper, nudus et virtutibus ornatus. &c:

LOCUS NONUS.

à causis et effectis.

Causa est id a quo aliquid fit ut causa alia est materialis. Ex quo aliquid fit ut corona ex auro, gladius

ex

ex ferro &c: et alia efficiens qud rem producit seu efficit, idq vel Phisicâ ut sol aurum, lucem, vel moraliter id est juxta prudens ominum judicium vg suadendo, juvando, imperando vg Dominus jubens occidere est causa moralis, servus occidens est causa Phisica alia. Causa est formalis qud rem in suo esse constituit et distingvit ab alijs rebus. Sic Homo per animam rationalem tanquam per formam ab alijs rebus distingvitur. Alia causa finalis qud est res illa propter quam consequendam aliquit facimus. seu cui respondemus ad interrogationem cur? qua re est sic miles pugnat propter gloriam, mercator navigat propter lucrum. Nota quod causa finalis est speties causæ moralis seu ad illam reducitur similiter et causa exemplaris seu Idealis qud nos exemplo et idea sua dirigit vg dum Pictor imaginem suam claro montand ad instar Imaginis delineare intendit, exemplaris seu Idealis causa erit Imago. B. V. Cla

ro

ro montan&..

Nota Secundo. Causa efficiens dividitur in Principalem quæ principaliter operatur. Et Instrumentalem quæ ad instrumentum agit vg manus fabri est causa principalis, securis est causa instrumentalis respectu operis alicuius fabrilis, hinc.

Disce Primo. Argumentum ex hoc loco formatur si probetur aliquis effectus esse bonus, quia causa est bona et e contra. Sic annulum aureum offerendo, a causa materiali diceres æstimandum. A formali Symbolum esse æternitatis, adeoq æterni affectus &c: similiter in gratulatorijs dignitatum, per reflexionem ad insignia vg Marschalcalis dignitatis per reflexionem ad scyphionem, qui fit ex ligno et ex his reflexionibus ad causas, poteris pulchras ac eruditas eruere propositiones.

Disce Secundo. Effectus esse factum aliqd a causa

qua

cunq totidemq reperiuntur quod causa vg effectus causa efficientis est res producta a causa efficiente, ut. calor ab igne. Effectus causa materialis, est res facta ex materia vg ex auro corona, annulus, pecunia &c: Hic locus est argutianum et acuminum amplissimus precipue. Primo. si causa alicui tribuatur effectus contrarius, aut ratio effectui contraria sic de bibone diceres: quod propter nimiam sanitatem est mortuus. Secundo. Si causa effectui non propria sed vera similis attribuitur. Sic de Christo Domino manum in Cruce elevatam tenente diceres: manum elevat ut ab ictu de super intentato defendat.

Disce. Tertio. Valet hic locus ad amplas descriptiones et dilatationes, idq hoc modo si unus vel plures effectus adducantur pro ratione, de inde ipsa causa inferatur cum affirmatione vel negatione. Sic probaturus bellum pernitiosum esse, in antecedenti diceres, quod bellum quietem

etem et securitatem tollat, jura violet, crudelitatem do ceat, Regna evertat. &c:

Pro consequenti inferes: ergo bellum est pernitiosum. &c:

LOCUS DECIMUS

Ab antecedentibus & consequentibus.

Antecedentia sunt quæ rem necessario antecedunt, ut Aurora diem fumus ignem ver ætatem, vita mortem, &c

Consequentia quæ rem necessario consequuntur, ut vulnus lethale mors consequitur, ætatem autumnus, autumnum hyems &c:

Ex hoc loco sic deducitur: præmissis antecedentibus subjugantur consequentia, sic Cic: Probaturus a Roscio non esse occisum Patrem, præmittit: quod fuerit honeste educatus, quod vitam in agrigultura exercerit, nulla in re Patri ante offensus nullo graviore scelere notatus, ergo non est credibile esse eum Paricidam.

Usus hujus loci solet esse in gratulationibus, applausi

bus

bus, salutationibus ubi ex prælijs antecedentibus in fertur consequens, sic gratulaturus dignitatem præ mitteres antecedentia scilicet favorem Regis vel no bilium merita magna bello & pace præclarè gestaj pro consequente inferes: ergo digne tibi confertur honor. &c

LOCUS UNDECIMUS.

Ab adiunctis.

Adiuncta sunt ea quæ cum re aliqua connectuntur, vocanturq; proprietates, accidentia, circumstantiæ, expri muntur ordinariè illo versiculo: Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando

Particula Quis significat personam, cuius adiuncta sunt triplicia. Animi, corporis, et fortunæ.

Animi affectiones sunt virtutes et vitia, Item varij affectus ut amor, pavor, odium, &c. Peritia scientiarum artium. Item. Ingenium, capacitas memoriæ. &c:

Corporis affectiones sunt: Venustas vel deformitas, vires,

robur, &c:

Fortuna bona sunt: Genus, propinqui, nobilitas, splendor vestium, stemmata, honores, officia, opes &c:

Particula Quid. notat rem factam dictam cogitatam et illa circa quæ persona occupatur: Uti sunt: bella, studia, venationes, latrocinia, navigatio, &c:

Particula. Ubi. Designat locum in quo aliquid peragit, et varias differentias loci, ut cælum, terram, aerem, mare &c: Item sit ne locus sacer, an profanus publicus, an privatus; tutus, an periculosus &c

Particula. Quibus auxilijs. Notat instrumenta ad rem agendam necessaria, causas item, efficientem adjuvantem, svadentem, imperantem, impedientem. &c:

Particula. Cur: Significat causam præsertim finalem, quare aliquid fiat, vel fieri debeat.

Particula. Quomodo. Significat modum rei gestæ vel gerendæ.

Particula. Quando. Significat tempus cum suis differentijs.

Pro praxi subicio discursus Oratorios breviores gratulatorios Natalis Christi in obvio sermone amici ad amicum nam longiores requirit rationes gratulatio ad Parentes Mecenates Benefactores instituenda ab adjunctis.

Ex Particula Quis. Przed wieki ex ore altissimi prodiens teraz w czasie abbreviatum verbum do Krasomowski perory y samych pobudza Jacytow Ktorego in humanationem humanissime W. Panu Winszuiąc longeva ab abbreviato verbo secula Nestoreas states animitus życzę.

Ex Particula Quid. Złoto ukoronowanego in domo panis Cerero wchodzącego na themisferium Betleiemskie inter taurum et virginem niestworzonego Jeba Winszuię W. Panu życząc ab hoc origente Patre luminum wszelki szczęśliwosci y fortun meridiem sine fatorum occasu.

Ex Particula Ubi. Dawno in altissimi locatum dextera dźis na Macierzyńskim łonie reclinatum Deum et hominem W. Panu Winszuię tego życząc aby ten ktory dźis maternam simul obsitemi napełnił pociechami

optata

optata W. Panu impleant vota et desideria.

Ex particula quibus auxilijs. Niegdys ob umbratum virtute altissimi dzis in lucem prodeuntem novum gratulor W. Panu origentem życząc aby ten nowo Narodzony Jytan Serenissimos zawsze W. Panu accendat dies successusq novos successibus addat.

Ex particula Cur. Dla ludzkiey zgurney nieba exaltacyi poniżonego Boga y w niewolniczy postaci seculorum Patrem w żłobie odpoczywaiącego uprzeymie W. Panu winszuię życząc aby reclinatus in prasepio y ad vota W. Pana inclinatus wszelkie zamysły szczęśliwym skutkiem koronowat.

Ex Particula Quomodo, Quando. Chociaż amicus silenij Deus w tenczas dterno loquitur in verbo kiedy medium silentium tenent omnia trudno mi iednak mutum agere Harpocratem, y wymowne tamowac kongratulacye kiedy Facundissimus innui verbo Orator plorare in cunis czyli bardziey perorare in rostris zaczyna Betle

gemitiis

gemiticis tego wymownego inter vagitur Oratora po
winszowawszy W. Panu in disertissimos cordis raczey ni
zli oris zdobywam się affectus vocalissimas Famæ no
minis et honoris W. Panu życząc ætatis.

De tempore universaliter annotandum: Primo. Sæ
culum constat centum annis quibus expletis celebratur
Iubileum universale per totum orbem quod recurrit etiam
quolibet anno 50mo et 25to, ab hoc dicitur annus sæcularis.
ævum in se continet annos 50 lustrum continet annos 5
semestre 6 menses. Trimestre tres menses seu quartam par
tem anni. Annus Lunaris. Iuxta cursum solis per omnia
signa Zodiaci apud Romanos. Inicium Anni erat a
Martio. apud Hebræos annus inhoabatur ab equi na
tio vemo scilicet 21ma Martij, quo tempore creatio mun
di facta fuisse dicitur, et Adam in Paradiso peccasse
eodem tempore imo ea plerique sentiunt eadem die pecca
ti adeo Chrystus Dominus incarnatus et passus est.

Divisio dierum hæc est: Alij vocabantur apud Romanos

fasti

fasti quibus Judicia peragebantur et licebat profari hæc tria verba do dico abdico, alij nefasti de quibus Ovidius ille nefastus erat, per quem tria verba silentur. Item dies fasti utpote felices niveo lapillo nefasti tanquam infelices atro calculo notabantur. Alij Critici quibus morbi casus, aut mors cavetur. Alij Sol Stytiales quibus dies nocti coequantur. Alij Atri apud Romanos quibus nec prœliari, nec dijs litare licerat.

Menses unde sua nomina sortiti ℞. Januarius a Jano bifronte sapiente quondam homine, et Rege latinorum cujus sapientia duplici vultu exprimebatur, quod et futura prœvideret et prœteritorum memor esset. Eius Templum apud Romanos signum erat belli et pacis. Hic mensis dicatus fuit Jano et Junoni. Februarius. A Fervoribus sacrificiorum, quæ hoc Mense fiebant in honorem mortuorum. Sacrificia ista vocabantur Februa, quasi purgationes mortuorum. Hic Mensis dicatus Neptuno et manibus id est defunctis.

ctis. Martius qui primus apud Romanos mensis fuit, dicitur a Marte cui Romulus illum dedicavit. Aprilis ab aperiendo dictus quod terram aperiat, Minervæ sacratus. Maius a majestate vel a Maja Matre mercurii, vel potius â majoribus ex eo quod cum Romulus populum divisisset, in majores et juniores, id est in senatum et equestrem ordinem, ut hujus memoria servaretur mensem majum vocavit a majoribus. Cui est sacer Veneri. Junius. Vocatur a Junioribus. vel potius Junius dictus a Junio Bruto vindice Romanæ libertatis. Hic Mensis sacer Apollini. Julius. Dictus a Cæsare Julio qui hoc Mense natus est. Sacer est Mercurio. Augustus dictus ab Octavio Augusto, qui hoc Mense Egyptum sub potestatem Populi Romani redegit et finem omnibus bellis imposuit. sacer fuit Jovi. September in gratiam commodi imperatoris apellabat. Herculeus in gratiam Tiberij. Tiberinus. a Tacito Imperato

peratore Tacitus. Sacer fuit Cereri. October a Domiti
ano dicebatur. Domitianus, a Fausta Imperatrice Fau
stinus. Sic Sacer fuit Vulcano. November a commo
do Imperatore apellatus Exuperatorius. apud veteres
intutela Diannd virginis fuerat. Sacer fuit Bacho.
December fuit in tutela Vestd Ded. Sacer fuit Diannd.
Huc Referuntur cathegorid Aristotelis ad quos
reflectendo te multas eruere poteris probationes.
Primo. Substantia sub qua locatur Deus summg
et verus, etiamsi omnem transcendat cathego
riam. Angeli, Ddmones, cdlum, omnesq, stelld si
gna Cdlestia, Terra, Maria, flumina, flores, Herbd,
lapides marmora, gemmd, arbores. Item Substan
tid artificialis hoc est opera cuiusq artis vel scien
tiam libri, calami, atramentum. Artis Mathema
ticd. Globi, mappd &c: Architecturd: Palatia, Templa,
Tuguria, Turres, Munimenta. Regi Militaris Scuta,
Gladij, Tympana, buccind &c: Picturd et scripturd

Tabulæ, Penicilli, colores &c: Artis fabrilis: securis, serra &c: Secundo Quanditas includit hæc membra Quantitatem molis: Pravum grande, longum, breve, Quantitatem ponderis. grave leve, &c: Quantitatem æstimationis. Vile, prætiosum, inæstimabile: ad quantitatem spectat figura cuius speciei: Quadratum, rotundum. Proportio Cuius species omnimoda, aliqua, nulla. Tertio Quantitas ejus species sunt: Qualitates. Primæ uti, calor, frigus, humor, siccitas. Qualitates sensuum Obiecta vg Oculi color et lux Auris sonus. Narium Odor. Palati sapor. Tactus durities, mollities, asperum, levigatum &c: Qualitates animæ: Scientiæ pertinent ad ingenium, et memoriam. Virtutes morales ad voluntatem. Qualitates corporis: Vires, forma, statura et his contraria, omnia denique per quæ ad interrogationem qualis responderi potest. Huc pertinent passiones animi cholera, melancholia, lætitia amor

odium.

odium. Quarto Relatio. Ad hunc pertinent cognationes, societates, amicitid, Inimicitid, simile, contrarium, superius, Inferius. Rerum causd. Efficiens effectus, materia, forma, finis, Privatio, nominis aut Tituli. Quinto Actio et Passio. Species actionis naturalis sunt: Vegetare, nutrire, mederi, sentire, Imaginari, Intelligere velle. Species odium: Actiones Politicd Judicare, Regnare, Bellare, Triumphare. Actiones artium militaries, deconomicd, medicd, nauticd, Architectonicd &c: Universim de omni re quidri potest quid possit vel non possit, quid efficiat, ai noceat, vel prosit, adquid valeat.

Species Passionis prdcipué: pati famem, sitim, morbum, universim de omni re quid rendum quid patiatur. Sexto Situs. Ad hanc cathegoriam spectant, altum, humile, planum, iacens, flectens, pendens, sedens, dextrum, sinistrum, medium, intus, extra. Septimo Tempus: novum, vetus, durabile, momentaneum, prdsens,

prd

præteritum, futurum. Huc pertinent quatuor an
ni partes, signa Zodiaci, septem Planetæ, Cœli mu
tationes, tempestas, serenitas &c: Octavo locus et mo
tus: Locus capax, in capax, planus, montosus, sa
lubris, pestilens, opacus, apricus, cultus, in cultus, rerum
gestarum vestigijs, nobilitatus, vel dechonestatus.
Ad locum pertinet divisio mundi in suas Partes
Regnorum in Provintias, Provintiarum in urbes,
urbium in domos, hortos, Palatia, casas &c: Motus. Ce
ler, lentus, violentus, naturalis.
In Praxi itaq datam scriptionis materiam duc
per singulas cathegorias, te ipsum interrogando.
Quanta sit res qualis quam habent relationem
ad alia &c: Tibiq per subiectas cathegoriæ species
repondendo licet non omnia quidem omnibus apta
ri poterunt, sed aliqua tantum. Et ut intelligat Rhe
tor qualem usum præstet index hic cathegoricus,
affero pro exemplo cum Thesauro Emmanuele. Na
num

rum aut exiguum hominem, qui Positus est sub cathegoria qualitatis. sub titulo igitur rerum parvarum reperies. hdc.

EXÎGUA. 11

Angelus qui in puncto versatur. Spiritus indivisibiles. Res cœlestes: Polus seu punctum Sphœræ immobiles.

Elementares: Scintillæ ignis, aquæ gutta, scrupulus lapidis, granum arenæ, athomus ex qua secundum Democritum omnia componuntur. Minutissimæ particulæ quæ inter radios solares in conclavibus perspiciuntur. Humanæ. Embrio mamus, unguis, pilus, pupilla nevus &c:

Animales: formica, pulex, pes vel alæ muscæ, aculeus apis, avis, squama, piscis, ovum lacerti, nidus papilionis. &c:

Plantæ: Ramus, semen sinapis, gluma frumenti, Acinus

uvd farina mica panis, aumen spud &c:
Scientid: Punctum Mathematicum quod lineam terminat, indivisibile Physicum, notd verborum litera, Syllaba brevis.
Militares: Cristd galed, Sagittd acies, signum. &c:
Picturd et sculpturd: Lineamenta, compendia &c:
Historiid: Formica eburnea Collicrates. Quadrigd Myrmecydis qud alia musca tegi poterant Apollo muscd novem in Pyrcha Achate, linea apelles quam ad extremam subtilitatem perducere sategebat. &
Jam ex quocunq horum subjectorum poteris metaphoras aut simplicia symbola rerum exiguarum formare, ut si homunculum jocose dicas: naturd scrinium, infantium pupam hominis epitomen, hominem in compendio, adq similia talia, quid per indicem superiorem legens, facile poteris excogitare.

Si

Sic Thesaurus comes per hanc cathegoriam descripsit Nanum, quem hic breviter refero.

A QUANTITATE DEFORMIS.

An elegans furvus an fuscus, sit nescias tantillâ substantiâ nescit color inhærere, esse tamen, falcare nescio quid hilo simile pusilisq; maculis, quas fucatâ puella pro nelvo gerunt Ingena, mirum: tam parva res vocem dedit ac sonitum, nocturnis culicibus similis, quos audis non vides. Iratum caveto scintilla est pusilla et ardens vel sinapis granulum parvum sed pravum.

A RELATIONE: PUSIONI

Comparatus mus, mons est, et lacertâ ovulum. Panthion. Alij myrmidonia putant ex formica natum, sed nihil minus nam longe grandiores formicarum partus erumpunt. Negari voluit repercussens natura, talem sibi pupam molita v. inostentum Ingenij hominem contraxit in Epitomen. Materiam

Dixeris

dixeris sine forma, formam sine Materia, corpus sine corpore, quod Sophorum barbard classes vocarent ens rationis, hoc est figmentum Ingenij.

AB ACTIONE & PASSIONE

Conice quas vires habeat, vix verus vir, necum musca quidem certaverit dquo martd. nullo tamen victricis muscæ prdmio, cum sanguinis non habeat, quod sorbeat musca. Agere nihil potest sed nihil pati ignem non pavet, nec gelu, qui neq rarescere possit, neq densari

A tempore. Quam tegat dtatem rogas? Nestoream facile transiliet, morti inobservatus, quid certius in majora collineat, quanquam cum homo sit et non homo iam vitam inter ac Idthum medius tendet &c:

A citu: sedeat an stet, an jaceat dubites, in puncto planitiem tangit. Hunc in subuld acumen induet acumini ac iresait nihil. Hunc Rhedd irei pone proceriorem aurigam myrmecidis auriga sensit &c:

A loco et motu: De domicilio quidritas? minus amplum

Theatrum

Theatrum foret limacis cochlea, in cochleari naufra
gabitur ut in oceano, infrumenti gluma pila ludet, per
aeuald forulum triumphum aget &c:

§. TERTIUS.

Ostendit in Praxi locos dialecticos intrinsecos.

Primum Exercitium Tyronis Rhetoris est: Locos recen
citos profunde intelligere et diligenter memorid man
dare ac etiam exemplis a se inventis illustrare vg
vult percipere quid sit partium enumeratio objiat
sibi unam et aliam rem qudratq, an sit totum
et quale, quasve habeat partes et sit de cdteris.

Secundum. Exercitium erit unam eandemq rem
per omnes locos deducere ad inveniendas quam plu
mas notiones, quod in exemplo ostendo.

A NOTONIMIA HOMINIS.

Notatio Nominis: Homo ab humo dictus millenarium
numerum in se continet. Synonimia ejus: Mortalis, Ter
rigena

rigena; Proverbium: Homines sumus. conjugata Homo, humanus humanitas humaniter. Definitio ex Sacra scriptura: Imago Dei. ex Philosophia animal rationale: a causa efficiente: Creatura nobilissima. a causa finali: Candidatus cœli. a causa Materiali: Terræ particula, quatuor Elementorum compendium. a causa formali: Spiritus carni concretus trium potentiarum congeries. Et sic per omnes discurrens definire potes.

Genus Substantia, Corpus, vivens animal. Differentia: Spiritus rationalis immortalis, species hominum substantialiter plures nondantur, sed tantum accidentales et quo ad sexum vir fœmina. Quo ad ætatem infans juvenis senex quo ad statum plebejus, nobilis pauper, quo ad partes orbis, quas homo incolit. Europæus, Asiaticus, Africanus, Americanus

nus, quo ad Patriam Polonus gallus, &c:
Individua hominum Xerxes Alexander Darius &c:
A toto et partibus Homo est totum habet partes sub
stantiales, Corpus Animam est totum integrale. ha
bet partes integrales, Caput cor oculos manus &c:
est pars totius moralis in quantum est civis alius Rei
publicæ ab adjunctis et proprietatibus, a quantita
te molis, parvus magnus. a quantitate æstimationis
Corpore vilis, animo prætiosus. a quantitate ponde
ris gravis levis, a figura erectus bipes. a quantitate
Calor hominis vitalis, humores sanguis bilis, homo
carne molli voce articulata forma venustas vel tur
pis viribus robustis. Si omnia adjuncta sive catho
gorias percurrere et habebis infinitas pene notatio
nes.

Ab Antecedentibus. antecedit hominem ejus nihi
lum, senis, avarum, mundus.

d. Consequentibus. Consequuntur hominem, mors, cinis, purgatorium, Cælum, infernus, a causis. Prima Causa efficiens est Deus solis aliorumq. Syderum influxas parentes &c. Materialis Elementa sanguis parentum. Formalis. Anima rationalis quid simul est vegetativa et sensitiva.

Causa exemplaris est Sanctissima Trinitas ad cujus Imaginem conditi sumus. causa finalis Servire Deo in terris, regnare camillo in cælis.

Ab effectis. hæc sunt actus omnes hominis indifferentes mali boni.

A simili. Homo similis mundo quia ex Elementis conditus, dicitur q. micro cosmus id est parvus mundus. Item est similis Cælo cui anima promotrice intelligentia. Similis arbori inversæ.

A dissimili: Dissimilis omnibus creaturis et omnibus similis.

a Pari: majori, minori: minor angelis, par alijs ad
litibus, major omnibus alijs creaturis.
Ab oppositis: Vitd hominis contrarium venenum
morbi.

Contra dictorium Mors. Oppositum relative. Cre
aturd, creator, corpori Spiritus. Et ne longior sim
in adferendis innumeris notionibus, hic illas tantum
propono, qud puer, cathechesi et grammatica instru
ctos affere possit. Atq; hic Rhetorem subsistere et co
gitare velim quanta sit locorum utilitas, quam
ampla ex una hac vocula: Homo erit amplifi
catio, si singulas dilataveris notiones, imo integrum
poteris implere librum. Sed quid res fors quid pro
derit nudis vocabulis paginam implere, si exijs sen
sum efficere nullum scias: Ita est sed lente festine
mus, hic te notionum inventionem docui quid omni
um sensuum et conceptuum fundamentum est.
Nunc vero quomodo ex prddictis notionibus sensus et

periodi

periodi condi possunt? Paucis accipe.

ARGUMENTUM PERIODI HOMO.

Vis condere Periodum Primo aliquot notiones in rudia membra digere in hoc quidem taxat deruda, ut licet rudia sint tamen inter se prudenter connexa quod ut fiat hdc reguld servandd sunt incipienti.

Primo. In quolibet membro diversum quid asseras.

Secundo. Quod levius est praetermittatur.

Tertio. Ut unum membrum ex alio fluat sensu et particulis ligatum;

MEMBRA BREVIA, RUDIA, CONNEXA.

Primo. Homo quamvis ab humo dictus sit.

Secundo. Tamen Spiritum carni sud concretum habet.

Tertio. Qui et Imagine Dei prd fulgeat.

Quarto. Et cdli sit candidatus. Sed quia hdc membra brevia sunt vivis ea reddere ampliora prudentissimum medium

medium est phrasis cultior ex lectione memorid in hdrens, siq ex dictis membris facies parum fusiora.

Primo. Homo terrd particula quamvis merito ab humo naturam traxerit.

Secundo. Tamen spiritum rationalem in mortalem carni sud concretum.

Tertio. Habet, qui ab Imagine Dei dqualis Angelis, ma jor cdteris.

Quarto: Prefulgebat, et altissimo creationis sud fine cdli audiat candidatus.

Si vero Periodum membraticam aut commaticam facere ex prdfatis notionibus velis, id facilius, prdsta bit cum nec particuld iungentes est sensuum dque laboriosa combinatio requiratur.

Exemplum habes supra eandem materiam. Quid homine fragilius cujus vitalis calor vini calice extin guitur sanguinis humor levi febricula siccatur, bilis effusio suomet corpori naufragium consciscit caput in vertiginem agitur, cor palpitatione concutitur, oculi caligine tenebrescunt,

manus

manus tremore nutant, pedes deliquero labant, omnia in mortem, tumulum, cinerem, fatali hominem inapellant violentia &c.

Vides in his periodis omnia desumpta esse ex anatomia hominis superius declarata. Et hæc pro incipientibus innuisse sufficiat nunc pono Praxim cultiorem per omnes locos. Dialecticos.

ENCOMIUM ROSÆ PER OMNES LOCOS DIALECTICOS.

Etiam extra latium oratores supersunt, quibus rosas loqui in laudem et voto sit. Enim vero vix ulli pulchrius inundaret suada argumento quam quod in florum Regina et Regnorum flore Rosa amandissima.

Definitio. Panderentur. Hæc scilicet est ingenuus anni adolescentis pudor blandientis. Florâ osculum, fugacis pulchritudinis lætum fulgur, quamvis a satellite spina fulminetur. Hæc suavissima hortorum Syren, cui pro labijs folia sunt, pro voce forma, nec nomen

horatio

Notatio. Regio flori plebeium quod cum urbium pulcherrimd Rhodo nomen indidit, urbanissimum Rosd florem testata est, nimirum pro inde

Conjugatio. Suum ipsa nomen commodet rebus blandissime nominandis roscosq; a rosa vultus, admiraculum formosos apellemus.

Enumeratio. Sive enim tota evolvatur in folia volumen amœnitatum omnium exhibet, sive se ipsam contrahat, sui desiderium elicit. Iam vero si alicubi tota candeat, innocentem eam candidatum noveris, si alicubi rubeat ostro superbam solioq; in sertam nativo in murice venerate Reginam.

Genus et species. Et licet in Regno florum aspectum rubeat, quod oculis non blandiatur in sola nihilominus rosa omnium patet amœnitatem Thdatrum, totaq; florum in unam contracta legitur formositas, ut uno.

Simili et Dissimili. Eius intuitu te et Phrygia a cu

Depicta

debicta aulæa et mille coloribus ludentem Apellis tabulam credas inspicere, nisi quod rosæ tantum gratiæ communicet, fuci expers naturæ labor, quantum illis ad imunt artis incendia.

Contraria. Quod si in formes lampas paliurosq; et id genus hortorum decora nec conspectu dignamur, si in faustos, si nigros flores, hortorum scilicet æthiopes, seu spedra fugimus, quâ amoris benevolentia rosam prosequemur, qua nihil ad aspectum amænius

Adjuncta. Nihil ad omnem felicitatis auspicatius illud vero quam grande elogium Rosæ, quod Regia inter scociæ insignia vernet, quod illustrissimis Ursinorum rosinorumq; Ceris inhæserit, veluti et Regium Diademmata et nobilium thesseræ, non satis fulgeant, nisi hoc florum sydere illustrentur. Imo se veri pudoris in stemma adlecta divorum.

Causa. Solum modo coronat frontes, adorant aras. Atq; hujus florum pulcheriæ si natales inquiras Telluris gremium

mium procunis habuit, ne genus ut eunq rubeat, erubescit. Ie bentis se filiam cœli: Zephiriq prolem formosum iactat. Illæ etiam quæ reginam circum densantur spinæ, aut quemquem terrent. Functionibus illa bellicat ut caute se legi admoneat. Amice vulnerat ut vulneribus germinat Rosas, spinam demum emoriens relinquit.

Effectum. Hæredem aculeatum, nempe desiderium sui. Solatur tamen funeris damna utilitate superstite, quoties aut in ambrosiam eliquatur, aut suis cineribus langventia vegetat corpora ac pæne animat, adi si placet esculapios huius ævi galenosq, quibus nihil antiquius quam saluberrimis rosæ exuvijs mortalium vitam sustentare, ac veluti fugientem morari. Si igitur Hyacinthis ac violis reliquisq floræ pro centibus tantum tribuimus quid honoris cultusq rosæ deferemus. Nisi fronte quispiam lilium numinis elogio celebratum parilli esse contendat; huic ego non multum adversabor, si lilium inter flores regis partes

obtinere

obtinere fateatur, huic vero rosam sceptri participem Reginam adiungant.

§. QUARTUS.

De inventione Oratoriâ per locos extrinsecos.

Loci intrinseci ut iam dictum ex visceribus rei et materiâ tuâ verbis, notiones varias extrahant. Extrinseci vero loci sic dicti, quod non ex visceribus rei, non ex verbis, materiâ notiones educunt, sed aliunde assumunt ad rei confirmationem vel amplificationem. Sex assignantur a Cicerone.

Primo. Praejudicia quasi priora judicia in simili causa facta.

Secundo. Rumores seu fama publica de re aliqua.

Tertio. Quaestiones hoc loco torturas significant ad eliciendam facti confessionem.

Quarto. Tabulae sunt testimonia in scripto ut testamenta et aliae syngraphae subscriptio est et sigillo roboratae.

Quinto. Ius jurandum sive juramentum, quo reus vel actor suae probat aequalitatem sententiae.

Sexto. Testes qui in causis forensibus adducuntur.

Hi sunt loci extrinseci antiquorum Rhetorum in causis forensibus maxime versari solitorum, qui in moderni sæculi orationibus vix locum habent. Sæculi hujus oratores alios locos extrinsecos recensent, quatuor modernis orationibus sunt aptiores.

Primo. Historia est quid aliquod factum memorabile literis consignatum adhibetur ab oratore, per fusiorem narrationem si sit rara si vero nota et obvia attingatur breviter per prothasim et apodosin.

Secundo. Fabula res est conficta sed veritatem aliquam tacite insinuans.

Affabulatio. Est fabulæ applicatio moralis. Fabula propriè dicitur cum de personis aliquid fingitur. Exempla habes in gautruche.

Apologus. Cum de rebus ratione carentibus quid fingitur seu quando bruta finguntur loqui.

Parobola. Est vero similis Historia aliud verbis ali
ud sensu significans aut insinuans, quales sunt in so
cris libris de Epulone villico.

Tertio. Dictum sapiens: ad hunc locum referuntur
paremia alio nomine adagium estq; dictum vulgi
sermone tritum.

Apothegma. Est dictum sapiens personæ illustris
quales sunt Reges. Principes, Heroes. Sic Tamerlanes
ad Bajazetam Turcarum imperatorem Pastoritium
sibi genus exprobrantem dixit: Noscis ex lana ovium
purpuram Regum fieri.

Sententia. Itelie gnoma est quid dictum aliquid gra
ve mores humanos instruens, dividitur in apertam et
occultam. Aperta est Quid universalem doctrinam
continent, nullis circumstantijs particularibus perso
næ, temporis, loci ad strictam vt Injuriam remedium
est oblivio. Occulta Quid ad personas certas et alias

circum

circumstantias particulares adstringitur, ut si eandem sententiam sic pronuntiaveris: Troiano Cæsari remedium injuriarum erat oblivio.

Quarto. Imagines rerum. Nomine imaginum tria veniunt Hieroglificum Est imago rei alicujus rem unam vulgariter aliam tropice exprimens, ut apud Ægyptios primos Hieroglificorum inventores sceptrum cum oculo depictum. Vulgariter Sceptrum et oculum exprimebat, Tropice Regem debere esse circa bonum Reipublicæ oculatum. Symbolum Præter Imaginem habet breve lemma seu inscriptionem ut vg flos acrescens cum Lemmate amant pretiosa latere. Symbola Porro adhibentur eleganter in orationibus polonicis et Polonicis.

Emblemmata Vix differt a Symbolo nisi quod longiorem admittit inscriptionem, verum communiter breves inscribuntur vg Pingitur Acteon a suis canibus devoratus cum inscriptione. Pavet quos pavit. Significat ingratitudinem. Item: Tantalus in medio aquarum fugatium

tium sitibundus. lemma: Affluunt sed effluunt. Notat voluptates celeriter evanescere.

Quinto. Auspicia ritus gentium circa sacra sepulturas, nuptias, in augurationes, electiones, circa ritus bellandi, consulendi, huc refer stemmata quæ sunt notæ quædam ob heroicum facinus collatæ.

Sexto Leges ad forum quidem proprie spectant sæpe tamen orator potissimum Ecclesiastes eas usurpat magna persuasionis efficatia quamvis paulo aliter quam forenses advocati solent. vg Leges numæ: Deos patrios colunto, externas superstitiones aut fabulas ne admiscendo.

Has orator Ecclesiasticus seu Contionator magno fructu assumeret inquiens: Leges minici numæ sunt ut superstitiones aut fabulæ non admittantur, videant Poloni ne in Dei veri et vivi cultu negligentiores sint, quam numa falsos Deos colint.

Septimo Sacra scriptura quæ ad sacrum spectat oratorem, atq hæc de locis extrinsecis ex quibus facile eloquentiæ candidatus intelliget quanta eruditio lectione et notatione paranda sit ut

de

de quacunq; materia dicturo, prasto sint historiarum, erudi tionum, fabularum, emblemmatum, sententiarum &c: copia. Loci enim intrinseci inpingvari debent extrinsecis, quod quo modo prastandum dicetur infra.

§. QUINTUS.

Reducit inventionem oratoriam ad tria capita.

Anatonimiam. Obiecti per loca intrinseca et extrinse ca fundamentum omnis inventionis satis: ut opinor: declaratum est. Nunc magnum opere pretium suppo ne me prastiturum Rhetori, si omnem inventionem et ad aliquod capita eaq; pauca et infallibilia redu xero. Omnis ergo inventio dicendorum ad tria capita com mode reduci potest scilicet.

Ratiotinationem.
Narrationem
Descriptionem

Itaq; confictis ultro et propositis ad dicendum materijs,

quid quid mente finxeris vel factam aliquid continebit vel rem vel sententiam vel ex his mixtam. Factum per narrationem rem per descriptionem; Sententiam per ratiotinationem tractabis. Prdfigatur materia pro exercitio styli. vg Elephas, fornax et his similia, cum res sint non possunt aliter tractari, nisi per descriptionem. Si tamen de his obiectis aliquid affirmes vel neges vg fornax in regione frigida est necessaria, jam erit propositio sententia seu assertum, quod per ratiotinationem tractandum est. Sententia vero hic accipitur pro animi sensu et judicio quocunq non ille solum quod moralem doctrinam continet. Porro alia detur materia vg Boleslaus occidit Stanislaum cum factum sit tractari debebit per narrationem. Si tamen de hoc facto affirmes aliqd et neges vg Boleslaus occidit Sanctum Stanislaum a Diabolo obsessus iam factum istud migrat in propositionem, sententiam, seu assertum quod per ratiocinationem tractandum erit adducendo rationes quod

a

Diabolo obsessus, erat. Similes vg huic rationi qui facit o
pera tenebrarum ille est a Diabolo obsessus, sed Boles la
us fecit opus tenebrarum occidendo innocentem Sta
nislaum ergo erat obsessus. Item detur materia vg hdc
Injuriam oblivi:cendum cum sententia sit non potest a
liter tractari nisi per ratiotinationem, ex quibus constat
omnem inventionem dicendarum ad hdc tria capita re
duci. Scilicet ad narrationem, descriptionem, et Ratiotinati
onem. nunc singulo separatim explico.

Ratiotinatio. Dicit rationem ipsam et formam rationi
inductam Ratio seu argumentum definitur a Rhetori
bus: quod sit probabile invendum ad faciendam fidem o.
mnis vero ratiotinatio tam Philosophica quam Rhetorica
debet esse circa aliquam Thesim seu propositionem; Propo
sitio enim est velut centrum ductd estque id quod perva
dere intendis. Iuxta tria persvasionis genera Tripharian
dividitur propositio in demonstrativam, deliberativam

et

et Iudicialem.

Q Quomodo et unde rationes sunt Inveniendæ?

R. Ex ipsis notionibus ex locis dialecticis petitis quid notiones assumantur pro ratione vg sit probanda hæc propositio: Nobilis Polonus debet esse sobrius. Ratio ex adjunctis est: Poloni sunt liberi et ipsi se regunt; assumo hanc notionem in medium terminum et facio hanc rationem: Poloni sunt liberi, et ipsi se regunt. ergo debent esse sobrij ne errent. Hinc infer medium terminum a Philosophis vocari notionem illam quæ assumitur ad rationem conflandam itaq; in quocunq; genere scripturus scilicet in genere deliberativo svasoriam vel disvasoriam in genere judiciali accusatoriam vel defensoriam primum in tuam propositionem oculos defige omnia circumspice et quid quid rescire potes de illa persona quam laudaturus es de illo negotio quod svasurus es faciendum vel vitandum de facto

cto illo quod accusaturus vel defensurus, eo diligenter perquire notiones nam hi erunt tibi medij termini et quo plures habueris eiusmodi notiones eo erit facundior materia, et faciliior ratiotinatio. Majoris vero facilitatis gratia reducendi sunt omnes propositiones ad aliquid generalia prædicata. Prædicata vero generalia, hæc sunt: Verum bonum: Boni species est honestum justum, Honeste proprietates laudabile, honorabile, bonum per se, utile Jucundum, præterea prædicata, possibile, necessarium facile, conveniens. Itaq datam quamcunq propositionem cum his prædicatis conjungas cum jis scilicet cum quibus apte conjungi possunt vg Defendenda est Polonia. Coniunge hanc propositionem Primo quod defendere Patriam est bonum, honestum justum. Secundo. defendere Patriam est laudabile, honorabile, utile, jucundum. Tertio. quod sit conveniens, possibile facile &c: et sic iam habes materiam amplam dilatationis. Præterea ad maius adjumentum

et

et facilius inducendam formam rationi pono.

AXIOMA ORATORIA PROPRIA

Bonum per se.

Primo. Illa res bona est quæ ut finis movet et satiat appetitum, et quidem est bonum sensibile, si appetitum sensibilem, bonum humanum si appetitum rationalem, bonum imaginarium sic de pravatam et coruptam imaginationem satiat.

Secundum Illud est bonum quod ut tale ab hominibus prudentibus judicatur.

Tertium. Illud nobis est bonum quod amici nobis desiderant, et contrarium de quo inimici lætantur.

Quartum. Illud quoqꝫ nobis bonum est, quod inimicis nostris pernitiosum est.

Quintum. Illud bonum est quod inimicis invidiam generat.

Sextum. Illud bonum est, consecutione multi laborarunt, aut etiam sangvinem fuderunt.

AXIOMATA DE B.o N.o UTili

Primum. Illud est bonum utile, quod libet doloriferum sit tamen ad consequendum finem desideratum prodest.

Secundum. Illud est bonum utile, quod non solum prodest ad consecutionem boni desiderati, sed etiam ad illius conservationem et augmentum.

Tertium. Illud est bonum utile quod est magnorum bonorum causa vel occasio sicut è contra summe malum quod est magnorum malorum principium, causa, vel occasio. Axiomata quibus probatur num bonum esse majus altero.

Primum Majora sunt illa bona quæ meliora esse judicantur.

Secundum. Maiora sunt bona stabilia quam mutabilia.

Tertium. Majus est bonum intrinsecum quam extrinsecum ig vita quam fortuna.

Quartum Illud est bonum utilius quod est causa plurium effectuum bonorum.

Quintum. Illud medium est melius quod est facilius.

HONESTUM LAUDABILE HONORABILE

Honestum est quod recte rationi et bonis moribus conformat et inde dicuntur rectæ rationes, honesti iöci honesti qui bonis moribus non contrariantur.

Laudabile Est dignum laude. Porro laus est approbatio quod aliqua res sit bona pulchra in se

Honorabile Est dignum non solum laude sed etiam honore. Honor vero est signum externum quo alicujus virtuti reverentiam et existimationem demonstramus. Qualia signa sunt adorationes inclinationes unde omne honorabile est laudabile, sed

non omne laudabile est honorabile, nam et irrationalia possunt esse laudabilia sed non honorabilia. Honorabiles ergo sunt personæ principaliter propter virtutem eximiam, deinde propter authoritatem sed dignitatis seu ætatis sapientiæ &c: sed propter excellentiorem naturam ut Angeli nam Deus infinitis titulis est honorabilis.

AXIOMATA DE INIURIA.

Primum. Major est Injuria, ubi major offendentis Deliberatio

Secundum. Major est Iniuria, si nulla occasione provocatus læserit.

Tertium. Illa est major Injuria quæ plures in se complectitur injurias.

Quartum. Ubi injuria est major ubi majus est damnum.

Quintum Illa injuria est major quæ est irreparabilis.

Sextum. Illa major est offensa quæ ab offenso magis apprehenditur.

Septimum. Major est injuria si post illam offendens tri
umphat et majora minatr.

Item Major est injuria quod in audiente horrorem po
tius et terrorem quam commiserationem erga offensum
generat ad excusandam vero iniuriam valent contra
ria scilicet quod non fuerit injuria, cum non fuerit vo
luntaria sed casus fortuitus ex improviso sine mali
tia ex mero errore &c. &c.

Jucundum Est id quod sensibus externis vel internis
vel rationali appetitu voluptatem generat.

AXIOMATA

Primum. Illa sunt jucunda quibus quis assvetus e

Secundum. Cuilibet res pro prid jucundd sunt.

Tertium. Hinc etiam omne simile gaudet sibi si
mili unde pro verbium: Corvus amat corvum. & apud
homerum. Similem ad similem adducit Deus. Conveni

ens

cns Rationes ad illud probandum et contrarium il
li scilicet disconveniens maxime desumuntur ab ad
junctis ostendendo quod in tali loco, tempore dtate alijsq
circumstantijs persond vel rei aliquid conveniat, vel di
sconveniat.

Possibile Quod adhibito conatu fieri potest ab homine,
contingit autem ut respectu unius hominis sit aliquid pos
sibile respectu alterius impossibile vg si stere sexigas in ex
su, militem cataphractum medium gladio descindere.
Rationes probantes rem aliquam possibilem desumunt
a locis intrinsecis prdsertim a comparatione potuerunt.
hi et hd.

AXIOMATA

Illud est possibile de quo a prudentibus consilium
datur. Si difficultas est superabilis labore et tem po
re licet cum aliquo dispendio res erit difficilis sed non
impossibilis.
Facile sed sine omni difficultate fieri potest aut si quid

dam

dam difficultas adsit illa brevi et exiguo tempore superari potest.

AXIOMATA

Primum Illud est facillimum quod a sola nostra voluntate dependet.

Secundum Nihil est adeo facile quod principio difficile non fuerit et nihil adeo difficile quod labore et industria non fiat facile.

Tertium Difficile fit facile ex multiplicatione auxiliorum vel difficile fit facile imitatione.

Necessarium. Necessitas alia est communis alia extrema.

Necessitas communis. Est quando tibi aliqua res et necessaria finem commoditatis vel alicujus minoris momenti.

Necessitas extrema. Est quando de defendenda vita fama pudicitia religione patria aut extrema paupertate res agitur.

AXIOMATA

Primum. Illud est medium necessarium quod periculosum licet sine majori periculo relinqui non potest,

Secundum Ubi prudentia humana jam deficit tunc divina incipit. Unde dicitur quod in casibus desperatis Deus faciat miracula.

Verum hoc prdicatum addendum putavi nam licet probatis alijs prdicatis vg quod sit utile jucundum &c: eo ipso probetur verum esse. Spe tamen probari potest verum absq; eo quod probetur utile vel in utile &c: Ut si probandum sit unius Joannis Tertij virtute victoriam viennensem peractam hic ante omnia quod verum sit ostendendum. Rationes veri petendd a locis intrinsecis et extrinsecis atq; hdie sunt prdicata universalia

quanti

quanti proinde emolumenti sit eorum usum rite intelligere et memoria tenere consideranti patet. Nunc traditam doctrinam in exemplo ostendo.

PROPOSITIO INGENERE DEMONSTRATIVO

Injuriarum Obliviscendum.

Est bonum per se	Est Justum
Est bonum utile	Est Jucundum
Est laudabile	Est Conveniens
Est Honorabile	Est Possibile
Est Honestum	Est Necessarium.

Hy verum omitto quia id modo facile in omnibus punctis probabitur eo ipso enim quod proba oblivionem injuriarum esse bonum utile &c: Probo id verum esse quod assero.

Cernis

Cernis in superiori prdicatorum divisione quam ampla sit ratiotinationi Materia qud peti potest ex axiomatibus sic.

Propositio conjuncta cum prdicato generali injuriarum oblivisci est bonum per se. Ratio Illud est bonum per se quod ut tale ab hominibus judicatur ergo etiam oblivio injuriarum est bona quia sic homines prudentes judicant.

Propositio Oblivisci injuriarum est bonum utile. Ratio Illud est bonum utile quod magnorum bonorum est causa sed oblivio injuriarum est causa quietis interne vel externe ergo oblivio injuriarum est bonum utile.

Quæres Quid est /: ut supra dictum :/ formam rationi inducerem? Ry est disponeri per Sylogismū.

Enthymona &c: de quibus ubi de dispositione vg sit probanda eadem propositio: Injuriarum obliviscendum Ratio quia est utile disponere in Syllogismum sic: Major quod apud Rhetores dicitur propositio Illud est bonum utile quod magnorum bonorum est causa. Minor Rhetoribus assumptio dicitur sed injuriarum obliviscendum est Magnorum bonorum causa. Conclusio Rhetores complexionem vocant. Ergo oblivisci Injuriarum est bonum utile. et hoc est formam rationi inducere plura inferius. Nunc.

DE NARRATIONE

Narratio perfecta est alicujus actionis consequentis beneficio omnium circumstantiarum principalium expositio vg homicidij prælij &c:

Circumstantiâ vero sunt illæ interrogationes quis quid ubi &c. Quibus doctissimus Emmanuel alias duas subuingit quid summè oratorem animant nempe qualis et quantus. Particulæ istæ sunt explicatæ in adjunctis adeoq; facile quivis narrationem per has particulas contexere poterit. Nunc sit.

DE DESCRIPTIONE

Differt a narratione descriptio quod Narratio sit expositio actionis cujus de Principalis ex multis actionibus particularibus inter se secundum partes ordinatis et se se successive consequentibus composita Descriptio vero est expositio rei permanentis seu naturalis ut est Elephas seu artefactæ ut est palatium se Spiritualis ut est Angelus seu abstractæ ut virtus sapientia &c

sed

sed inquies. diluvium incendium convivium et his si
milia continent in se actionem nihilominus dilu
vij incendij convivij solet dici descriptio. Ad hoc R
Inde evenit quod in expositione diluvij incendij &c
non solum actiones sed consequentes narrantur
sed etiam res permanentes describuntur scilicet in
expositione conviuij mensæ quoq; apparatus cibo
rum vini hospites describuntur. Unde quod debe
ret dici in rigore narratio simul et descriptio
vulgo dicitur descriptio. Descriptio fundatur in
anatomia per cathegoriam facta quam vide
sub loco adjunctorum ac ibidem descriptionem Na
ni seu pusionis. Hde compendiose de inventio
ne ex qua et dispositio facile colligi possit intera

TRACTAT

De Dispositione structuræ Orationis.

Dispositio est rerum inventarum ordinata col
locatio. Argumenta enim inventa et collecta con
ceptuum et probationum copia est rudis indigestaq; mo
les seu lapides lateres et cœmenta quæ in edifici
um elegans per dispositionem sunt componenda.
De dispositione Narrationis descriptionis et ra
tiotinationis, singularibus paragraphis non agam
hic quia breviter declaro. Primo: Narratio et par
titio ejus ac dispositio per easdem particulas sci
licet: Quis Quid &c: /: ut dictum supra :/ fit per
quas inventio. Hoc est quis fecit? quid fecit? quan
do fecit? Hic bene nota quod quælibet actio prin
cipalis ex multis actionibus particularibus conflat
vg exponendum est: prælatur Polonus Actio
principalis est hic prælium Poloni in qua con

linent

tinentur plures alia quæ totidem verbis exprimi possunt totidemq; periodos conflare vg Rex mandat decernit id senatus populus urget, Duces animant &c: Ex quo colligendum partitionem narrationis ad tria capita revocari scilicet ad antecedentia, concomitantia, & consequentia itaq; data quacunq narrationis materia partire in antecedentia vg quid prælium antecessit? Poloni quid consequitur, quid comitatur &c: Secundo Descriptio partitionis est per easdem cathegorias per quas facta fuerit inventio. Tertio Ratiocinationis partitio est per aliquam argumentationis formam scilicet per Syllogismum Enthymema &c: de quibus [illegible] dicetur sic nunc.

§. PRIMUS.

De dispositione Orationis per partes communes.

Partes communes orationis sunt: Exordium, Propositio, Narratio, confirmatio, commutatio, Peroratio. Harum duæ scilicet Propositio et Confirmatio orationem ut caput et corpus consistunt reliquæ pro rei exigentia vel omittuntur vel adhibentur de singulis pauca audipe.

EXORDIUM.

Est ingressus ad propositionem ejus virtutes sunt Prima Brevitas Secunda Particularitas nec cui vis propositioni aptari possit sed ex visceribus ipsius propositionis aut circumstantiarum tunc occurrentium eruatur. Tertia Ornatus quo velut pro mulsi de quadam allicitur auditor ad orationem cum alacritate audigendam unde

vero

vero eruendum Exordium.

R. Ex his locis intrinseis prdsertim â genere, â si mili, â contrario a majori, minori, pari â notatio ne nominis vg sit propositio orationis deliberati vel hdc: Patria afflicta Iuvanda ferro et auro. Ge nus Patrid afflictd est qudcung res in periculo existens ex hac generis notione facio propositio nem hanc: nullo afflicto negandum auxilium Istam propositionem per ratiotinationem deduco sic: nulli in periculo negandum auxilium. Ratio prima qui id est honestum nam homo homini in pe riculo existenti vice Dei est Item Conservare ho minem atq bona ejus est idem quod dare. Ratio Secunda Quia id utile est nam obligatus erit si milia prdstare nobis. Ratio tertia Quia id est Justum nam hoc legi naturd Christi. &c: est con

formd

forme. Repetitur propositio nulli itaq negandum au
xilium et hæc vocatur Thesis seu universalis propo
sitio; tum sub inferes Hÿpothesim hanc: omnis in pe
riculo juvandus longe magis afflicta Patria juvan
da ferro et auro. Has exordij rationes si breviter ex
ponere velles inter duas vel tres periodos constrin
ges. Si vero longius exordium texere statueres pos
sem aliquam rationem principalem per syllogismum
exponere novisq rationibus comprobare.

A Simili Similiter duceres si enumerando simi
litudines plures de inde tuam propositionem infe
rendo vg aviculæ pro nido certant animalia pro
suis cubilibus depugnant poma et homines soli
pro patria sua non decertabunt, non aurum præment
non ferrum expedient non sanguinem pro vita ef
fundent amplificares verum describendo animalia

aves

aves deuertantes.

A Contrario Exordium ducitur cum propositio ni orationis formatur contraria exordij aliquod rationibus stabilitur de inde contraria propositio asseritur quod tamen fieri tunc tantum pruden ter potes quando propositio tam exordij quam pro positionis est probabilis vg volens probare dul ce esse pro Patria mori probares. Primo in exordio dulcem esse homini vitam de inde inferres dul cioren tamen esse pro Patria mortem. Idem die de omnibus notionibus per locos intrinsecos eru tos ex visceribus propositionis quod scilicet ex ijs confici possit propositio in exordio de ducenda et ex illa descensus ad propositionem orationis. Secundus Exordiorum fons loci extrinseci quo rum praxis hde est considerata propositione

quæritur aliqua historia vel fabula ut consona vel
contraria sensui propositionis consona est quæ idem
est quod propositio affirmat vg Patria ferro auro
et vitæ impendio defendenda. Hæc est propositio addu
co pro exordio propositionis historiam codri Athen
ensium ducis is cum ab oraculo accepisset Rem pu
blicam salvam esse non posse nisi Princeps ipse in
bello occubuerit quod hostibus etiam innotuit Co
drus ergo vili veste amictus cum modica sed for
tissima bellatorum manu in castra hostium irrum
pens non tam victus quam vincendo fatigatus oc
cubuit. Quo demum comperto hostes sed quod fi
dem oraculi reverti essent seu quod ex pauco rum
Atheniensium eximio robore suorumq; ingenti da
de quam fortes sint athenæ facile conjectarent ar
ma potius posuerunt; tria hic codris præstitit se

auro

auro exuit, ferrum in hostes strinxit vitam pro Patria profudit cujus exemplo discimus patriam auro et ferro imo vitâ ipsius, dispendio defendendam, hâc historia vero contraria propositioni sic adducit ut ea rejecta cõntraria inferatur vg fecerit id in famis quispiam illius tamen probroso exemplo tantum abest ut moveamur quin potius monstroso hoc facto exterriti in contrarium totis animis et conatibus ruamus; Patriamq́ qua ferro qua auro &c: juvemus.

PROPOSITIO

Est brevis expositio tractandorum tota oratione aliquando vero unum aliquid orator probandum assumit aliquando duo aliquando tria et plura; hinc dicuntur propositiones bi partitâ tripartitâ &c: Item. Propositio alia dicitur Tacita qud expresse non ponitur

